

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd Imperator Valentinianus Iunior Eudoxiam Theodosii filiam duxit
vxorem. Cap. XLIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12704

S O C R A T . H I S T O R .

& gloriſicabor, & notus ero in oculis multarum gentium: & ſcient quia ego sum dominus. Hac de cauſa Proclus maxi- , mam, ut dixi, laudem conſecutus eſt.

*Quod Imperator Valentinianus Iunior Eudoxiam
Theodosii filiam duxit uxorem.*

C A P . X L I I I .

Imperatoṛ verò Theodoſius, ob ſuam iſhiſius manſuetudi- nem cum alia multa beneficia, tum illud vnum in primis diuina prouidentia recepit. ſiliā habuit ex coniuge Eu- docia, cui Eudoxia nomen erat. Hanc Valentinianus eius conſobrinus, quem partium occidentalium Imperatorem creauerat, ſibi in matrimonium dari poſtulauit. Theodoſius Imperatoṛ eius poſtulationi morem geſſit. Ac cum eſſet de loco aliquo intermedio inter Romam & Constantinopolim interieſto ad celebrandas nuptias deliberatum, viſumq; Thessalonicae, itinere quaſi dimidiato, illud negotij obire, Valentinianus Theodoſio per literas ſignificauit, vt nihil ipſe ſibi de ea re exhiberet moleſtia. Se enim Constantinopolim venturum dixit. Itaque cum res partiū occidentalium in tuto collocauiſſet, nuptiarum cauſa Constantinopolim profiſſicitur. quibus confeſtis Iſidoro, & Sinatore Coſs. capit coniugem, & ad partes versus occidentem ma- turè reuertitur. Theodoſius Dei beneficio hoc proſpero & fœlici caſu potitus eſt.

Quod Imperator ab Episcopo Proclo perſuafus, Ioannis corpus ab exilio Constantinopolim transferendum, ac in apostolorū ecclieſia reponendū curauit.

C A P . X L I I I I .

Exiguo tempore poſt, Proclus Episcopus eos, qui propter Ioannis abdicationem separati, conuentus peragebant, cum cæteris in concordiam reduxit, & pru- dentia eorum animos offensos permulſit. Sed qua ratione iſtud effecerit, dicam. Corpus Ioannis Comanis ſepultum, vbi Imperatori eam rem perſuafat, trigesimo quinto anno poſt eius abdicationem Constantinopolim transferendum curauit. Quod cum multo honore & ſplendida pompa pu- blicè